Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Miscellanea - theologisch-literarisch-historische Textkompilation (meist kurze Exzerpte und Sentenzen) eines Geistlichen mit breitem Bildungshorizont - Cod. St. Blasien 42

[Oberried (?)], [um 1756-1764]

"Animalium proprie voces " (lat. Distichen)

urn:nbn:de:bsz:31-49692

Visual Library

consequentia.	…rimenta convellere, ingentem flammarum missilium vim ad civium horrorem, ordinumque minas excitare. Cum vicissimque pertinax oppugnantium furorque et ipse, tot impulso tam crebro moenibus, frequenti assultu continuato vallis, in urbem sese violenter infudit, obstantesque repulit, fugientes stravit, neque prius militari licentiae et crudelibus armis finem posuit, quod ferro flammisque devastasset. (: auct. incert.)
S. Catharina mortem pro Xto intrepide subiit. auct. inc.	Parvum erat Divae Catharinae, divini sponsi amore ad servandam integritatem illibatam, illecebras mundi contemnere, et parvum ad probandam constantiam, tyranni promissa despicere, parvum squallores carcerum perpeti, siti, fameque confici, adstringi catenis et equuleis, excipere condensatos verberum ictus, et vulnera: nisi pro eodem sanguinem suum, vitamque acerbos inter tormentorum cruciatus generose profudisset. (: auct. incert.)
Definit. hominis a simil. ex Worpitz f. 98. C.	homo est rerum sublunarium fastigium, creaturarum compendium, divinae naturae imago, Deitatis simulacrum, mundi epitome, et finis, quod alias sol inter sydera, aurum inter metalla, rosa inter flores, Helena inter formosas, Imperator inter reges.
Descript. hominis brutaliter per proprietates bestiarum. ex Worpitz f. 99. C.	[illegible] natat, ut mergus, in sordibus volvitur, ut scrofa, grunnit ut porcus, ridet, ut simius, furit ut leo, fodit, ut [illegible] vomit ut canis, saltat, ut aper, murmurat, ut ursus. (: Worpitz fol. 99. C.)
aenigmata. Cor.	Crede mihi lunam mediam, solem, et canis iram. hoc aenigma resolvitur sic: Crede mihi Cor. (: auct. incert.)
Xtus incarnatus.	Sum quod eram, nec eram, quod sum, nunc dicor utrumque. resolvitur: Christus incarnatus.
ensis. auct. incert.	Quo mihi vincendos toties mihi stringere hostes; unum mitto tibi, resides modo millia mensem. resolvitur: Mitto tibi ensem. (: auct. incert.)
Animalium propriae voces. auct. incert.	Ursi saeviant, ululantque lupi, rugiuntque leones, lynx fremit, atque elephas barrit, et hinnit equus, frendet aper, glocitant cervi, vulpecula gannit, balat ovis, vitulus blaterat, atque caper, bos mugit, latrat atque canis, sus grunnit, asellus [illegible], et in liquidis rana coaxat aquis, Mus mintrat, catus glaucit, mala sibilat anguis, Et subito pavidus vagit amore lepus, Nunc aquila clangunt, et gratitat anser amorem, hoc castrat turtur, moesta columba petit, hoc corvus crocitat, crepitatque ciconia, trames Pipitat, accipiter pipat, hirundo fritit,

grus gruit, et corvus crocitat, plauditque columbus,
Rana coaxat, strepit, lenta petrinitanas,
graculus hoc frigulat, pupillat pavo, nimmit
Passer, tinziniat, lugeus, atque Merops,
Cucurrit gallus, gallina gracillat eodem,
hoc cantat omnis avis, bombilat omnis apis. /: auct. incert: /

Urimur hac arbore, humeros miserabile lignum,
urit et hoc venenum spina cruenta caput.
urit nostra fames, urit sitis ogra salutis,
urit me nimium fervida lura tua. /: auct. incert. /

Epigrama est pro nostra salute. auct. incert.

Pavo coloratis fulget maculatus ocellis,
Et vel picturas discolor iris habet.
Omnia floriferis caudae spectanda gerit,
Pangit et astriferis maxima plagis.
Se rotat, et plumas esse miratur eundem,
Illa tument fastu, crista superba tremit.
Et modo miraris, stellata volumina gyrat,
Si tacitus spectas, proxima queque opes. /: aut. incert: /

Descriptio Pavoni. ex aut. incert.

vita quid est hominis, cujus conceptio culpa,
Nasci poena, labor vita, necesse mori. /: aut. incert: /

vita hominis quid sit: ex aut. incert.

Magra, mihi credas, servare silentia, res est,
Et bene praescripto tempore posse loqui.
qui frenare suo non novit tempore linguam,
Tempore quo poterit reddere verba suo.
garrulitas multis est proxima causa ruinae,
Attulit et multis garrula lingua necem.
Pica manet semper, semper quoque pica manebit,
Et fieri cicero garrulitate nequit. /: aut. incert: /

De noxia garrulitate. ex aut. incert.

Heu miser in mediis sitiens stat Tantalus undis,
Et poma esuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato id de te dicetur, avare!
Quod non habeas, non frueris quod habes.
Creverunt et opes, et opum vesana cupido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Si quibus intumuit suffusa venter ab unda,
quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.
/: aut. incert: /

De homine avaro. ex aut. incert.

Omnia vicisti profuso largiter auro,
Armis pauca, dolo plurima, jure nihil. /: aut. incert: /

Epigrama in Ludovicum 14. galliae Regem. ex aut. incert.

historicus, vates, Orator celebrat, canit, implet
gesta, ignes, aures, Arte, lyra, eloquio.
Pastor, Arator, Eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.
/: aut. incert: /

De historico, vate, Oratore. item de Pastore, aratore, et equite. ex aut. incert.

Integra si fuerim, potero placuisse latinis,

aenigma: liber, et liber. ex aut. incert.